

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors br  
cum fonte primo

Cotidie morimur. Cotidie enim demitur aliqua pars uite et tunc quoque cum crescimus, uita decrescit. Infanciam amisimus, deinde puericiam, deinde adolescenciam; usque ad hesternum quicquid transit temporis perit. Hunc ipsum quem agimus diem cum morte diuidimus.

Seneca XXIII. epistola.

Cotidie morimur; cotidie enim demitur aliqua pars vitae, et tunc quoque cum crescimus vita decrescit. Infanciam amisimus, deinde pueritiam, deinde adulescentiam. Usque ad hesternum quidquid transit temporis perit; hunc ipsum quem agimus diem cum morte diuidimus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 24, 20 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.70-1, ll.27-28, 1-3).